



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

18. Quibus casibus cesset obligatio denunciationis luridicae?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

occasiones sublatae, praesumenda est emendatio. Ex solo temporis decursu, nisi longum sit, praesumenda certe non est correctio; explicat autem *Sanch: in select: disp: 11. num: 52.* quid censeatur longum tempus: & asserit tres annos sufficere ad emendationem praesumendam in criminoso.

18. Sed & alii casus sunt, in quibus obligatio cessat denunciationis juridicae. 1. quando delictum tibi sub secreto naturali revelatum est & in damnum neque tertii aut communitatis vergit, idemque est, quia tibi consilii petendi gratiam detectum est, tunc enim etiam praecedente infamia & femiplena probatione non tantum tenebris sed nec potes secretum revelare, & peccares non solum contra charitatem, sed etiam contra justitiam restitutionis reus, ut bene *Less: lib. 2. de just. cap: 30. dub. 6. n: 45.* quia esto bonum commune postulet delinquentem infamatum puniri, non tamen exigit, ut juvet ad punitionem, qui sub secreto & occasione consilii & remedii delictum rescivit: arceretur enim miseriam a consilio vel remedio petendo. Unde in nostra societate, ubi quilibet potest defectus

fectus aliorum praelato deferre ut patri,  
 ad majorem delinquentis profectum, ex-  
 cipitur hic casus, in quo sub secreto con-  
 filii petendi causa acceperis, ut expresse  
 habetur *Decreto 504. cong. 6. & can: 10. ejus-*  
*dem cong: 5. 2. & notavit Suar: tom: 4. de re-*  
*lig: lib. 10. cap. 7. n. 23.* scil: in delictis, quæ in  
 damnum tertii aut comunitatis non ver-  
 gunt. aliàs dignus est, ut sibi frangatur fi-  
 des etiam jurata ob reparationem damni  
 Reipub: vel tertii innocentis. *Less: supra 2.*  
 casus est, quando quis rem alienam acce-  
 pit in compensationem sui debiti, modò  
 debitum sit ex justitia & liquidum, & aliæ  
 adsint circumstantiæ cohonestantes com-  
 pensationem; tunc enim neq; tenèris de  
 te, neque de alio delictum manifestare  
 ex vi præcepti de revelandis furtis, eti-  
 am si sub juramento & excommunicatio-  
 ne jubearis revelare. *Corduba. q. 64. casu 4.*  
*& alijs locis.* ubi loquitur de exhibenda  
 scriptura in tuum damnum. *Less: libr. 2. de*  
*just: c. 30. Dis: 6. n. 50. secunda edit. 3.* Casus  
 est, si tibi grave damnum ex denunciatio-  
 ne imineat, aut compellendus esses pro-  
 bare denunciata & non posses, denūciare

NON

non tenêris : cum gravi enim damno proprio non tenêris damnū alteri imminens impedire , nisi fortè esset damnum commune , tunc enim aliquod damnum proprium sustinere tenêris. ut benè *Less: lib: 2. de just: c. 30. Disput: 6. n. 50. 2. edit. 4.* casus, quo à revelatione delicti excusaris, est: si à fide dignis non acceperis. *Less: supra.*

19. Denunciatio Canonica, de qua hic propriè agimus, est alicuius criminis apud Judicem absq; inscriptione legitimè facta delatio potissimùm ad emendationem rei. Colligitur ex *cap: 2. 3. & alijs hoc tit.* Ab ea, sicut & ab accusatione repelluntur infames, inimici, excõmunicati. *cap. cum oporteat. 19. & cap. seq. h. tit.* Et quemadmodum Monachus Abbatem suum delinquentem accusare, ita & denunciare potest sumptibus ipsius Monasterii, siquidem instituta est hæc denunciatio contra Ecclesiam & Monasteriorum Prælatos, ut eorum excessus à subditis, Clericis, vel Monachis, si monitioni non acquieverint, referantur ad superiorem suum. *cit: cap: 2. & 3.* quia ipsorum interest habere bonum Prælatum. *arg: Can. Audacter. 8. q. 1. aut.*